



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Innocentio XI. Ad Innocentium XII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

41. Romanus Pontifex æqui, &c. Declaratio nullitatis Edictorum Prætoris
civitatis Cremonen. super observationes Festivitatis Sancti Dominici in
eadem Civitate, ejusque Districtu emanatorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74849)

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex æqui, bonique Supremus Auctor in Terris à Domino constitutus, Ecclesiasticæ potestatis jura ubique facta testari, ac adversus quæcumque, per quæ illis aliquid detrimenti inferri posset, tradita sibi divinitus auctoritate vindicare tenetur, sicut omnibus maturæ considerationis trutinâ perpensis, aequitati, & justitiæ, rectoque ordini consentaneum esse in Domino arbitratum.

§. 1. Aliàs siquidem per fel. record. Innocentiū PP. X. Prædecessorem nostrum accepto, quoddam Senatus Mediolanensis per litteras circulares datas die XX. Junii MDCLIII. nec non tunc existens Gubernator Status Mediolanensis per Edictum publicatum die XXX. ejusdem mensis Junii mandaverant observari festum Sancti Dominici die XV. mensis Augusti cujuslibet Anni in toto illo Statu, præcipientes, ut Populi, & Subditi ejusdem Status abstinerent ab operibus servilibus, & Artifices tabernas, & apothecas clausas tenerent, prout servatur cæteris diebus festis ex præcepto, & ulterius in Edicto præfato expressum fuerat, festivitatem esse celebrandam cum omni devotione, & pietate Christiana. Idem Innocentius Prædecessor considerans, quàm perniciosum auctoritatis Ecclesiasticæ id esse posset, cum Principes laici quos in rebus Ecclesiæ obsequendi potius manet necessitas, quàm auctoritas imperandi, non habeant facultatem indicendi dies festos in honorem Sanctorum, de tunc pariter existentium S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum, quibus hoc negotium discutendum commiserat, consilio, præfatas litteras, ac Edictum emanata auctoritate laicali super observatione festivitatis ejusdem Sancti Dominici fuisse, & esse omnino nulla, nulliusque roboris, & momenti, nec aliquo modo servanda Apostolica auctoritate declaravit, & aliàs prout in ipsius Innocentii Prædecessoris de super in simili forma Brevis die VI. Octobris MDCLIII. expeditis litteris, quarum tenorem præsentibus pro expresso haberi volumus, uberius continetur.

§. 2. Cum autem, sicut ad Apostolatus nostri notitiam, non sine gravi animi nostri dolore pervenit, modernum Prætor Civitatis Cremonensis non modo per suum Edictum nuper, videlicet die XXVIII. Julii proximè præteriti promulgatum, iisdem circularibus litteris Senatus Mediolanensis, quas memoratus Innocentius Prædecessor, sicut præmittitur, nullas declaravit, potissimum in hærens festum ipsius Sancti Dominici in Civitate Cremonensis præfata, ejusque districtu, ita de cætero singulis annis celebrari ordinaverit, ut Mercatores, & Artifices omnes eo die officinas suas clausas tenere, cæteri verò quicumque operum publicorum cessatione festum hujusmodi iisdem modo, & formâ, quibus reliqua ex præcepto colenda festa celebrantur, observare deberent; verum etiam, quâdam subinde super præmissis Curie Episcopalis Cremonensis jussu publicè affixas Schedulas, quibus ne propter eadem præmissa conscientias Christianissimorum scrupulis irretiri contingeret, nullam in festo præfato adesse obligationem audiendi Missam, sed illud pro festo ex sola devotione colendo habendum esse cavebatur, per Curie Sæcularis Satellites è locis, ubi affixæ fuerant divelli, ac lacerari curaverit, necnon insuper per aliud Edictum postmodum, nempe die III. Augusti etiam proximè præteriti Curie Cremonensis nomine publicatum præcedens Edictum, per nonnullos etiam Ecclesiasticæ Jurisdictioni magis injurios, confirmare, ac innovare præsumpsit, & aliàs prout in ambobus Edictis hujusmodi, quæ non approbandi, sed penitus, & omnino reprobandi animo, præsentibus itidem pro plenè, &

Exordium à debito vindicandi auctoritatem Ecclesiasticam ne ab alijs usurpetur.

Innocentius X. declaravit irritum Edictum Senatus Mediolanensis, quo præceperat servari Festum S. Dominici.

Narrantur gesta Prætoris Cremonensis super renovatione similis Edicti, & Episcopi super illius declaratione, & nullitate.

fecimus, indemnitati quantum cum Domino possumus, consulere cupientes: Motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, præinfertis Gregorii Prædecessoris Litteras ad favorem supradicti Hospitalis Sancti Sixti emanatas, ut præfetur, ad præfatum Hospitium Apostolicum Pauperum Invalidorum, itaut omnia, & singula bona tam mobilia, quàm immobilia ubilibet existentia, per eosdem Pauperes Invalidos, Viros scilicet, & Mulieres in Hospitio hujusmodi, ejusque locis, & habitationibus tam de præsentibus receptis, quàm pro tempore recipiendos quomodolibet posset, quæ ipsi minimè indicaverint, eidem Hospitio Apostolico, servatâ tamen præfatarum Gregorii Prædecessoris Litterarum formâ, & dispositione, acquisita esse, & fore intelligantur, tenore præsentium extendimus, & ampliamus.

§. 3. Decernentes easdem præsentibus Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri & obtinere, ac Hospitio præfato in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter observari.

§. 4. Sicque, & non aliter in præmissis per quoscunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici, & Curie Cameræ Apostolicæ generalem Auditorem, necnon Vicarium Gubernatorem, & Senatorem dictæ Urbis, ac S. R. E. Camerarium, & alios Cardinales, etiam de Latere Legatos, dictaque Cameræ Præfidentes Clericos, Thesaurarium Generalem, aliosque Officiales, & Ministros nunc, & pro tempore quodcumque existentes; Sublatâ eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quodcumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus, quatenus opus sit, nostrâ, & Cancellariæ Apostolicæ Regulâ, de jure quæsito non tollendo, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictæ Urbis, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis statutis, eorumque reformationibus, & novis additionibus, stylis, usibus, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

§. 6. Volumus autem, ut earundem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in Judicio, quàm extrâ illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die XXVIII. Augusti MDC XCIII. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

J. F. Card. Albanus.

Declaratio nullitatis Edictorum Prætoris Civitatis Cremonen. super observatione Festivitatis Sancti Dominici in eadem Civitate, ejusque Districtu emanatorum.

Decreta firmitatis.

Clausula sublatâ.

Derogationes.

Fides Transumptorum.

Dat. 28. Aug. 1693. P. A. 3.

XLI.

sufficiens

Declaratio Pontificis super nullitate Edictorum d. Prætoris tamquam à potestate incompetente.

sufficienter expressis haberi volumus, plenius dicitur contineri.

§. 3. Hinc est, quod Nos ex debito Pastoralis officii, quod humilitati nostræ, meritis licet, & viribus longè impari, commisit divina dignatio, Jurisdictionem Ecclesiasticam prædictam à perniciosis hujusmodi Laicorum conatibus illasam, & illibatam tueri, & conservare cupientes, ac memorati Innocentii Prædecessoris vestigiis inhærentes, nec non omnium, & singulorum, quæ in præmissis, seu eorum occasione quovis modo acta, & gesta fuerunt, seriem, causas, & circumstantias, aliave quæcumque, etiam specificam, & individuum mentionem, & expressionem requirentia, præsentibus similiter præ plene, & sufficienter expressis, & exactè specificatis habentes, de Venerabilium Fratrum nostrorum dictæ S. R. E. Cardinalium iisdem Sacris Ritibus præpositorum Consilio, Edicta præfata à memorato Prætoro Civitatis Cremonensis super observantia festi ejusdem Sancti Dominici (sic præmittitur) promulgata, aliave quæcumque in præmissis, seu eorum occasione in præjudicium Jurisdictionis Ecclesiasticæ quovis modo acta, gesta, & ordinata, cum omnibus, & singulis inde secutis, & forsan quodcumque secuturis, penitus, & omnino nulla, inania, invalida, irrita, ac à non habente potestatem attentata, & de facto, præsumpta, nulliusque omnino roboris, & momenti esse, & perpetuo fore, auctoritate præfata tenore præsentium declaramus; Et nihilominus ad majorem cautelam, & quatenus opus sit, illa omnia, & singula, salvis tamen ulterioribus provisionibus in eisdem præmissis, contra quoscumque, etiam specificata, & individua mentione, & expressione dignos à Nobis, & hac Sancta Sede quodcumque, & quomodocumque capiendis, harum serie itidem perpetuo revocamus, cassamus, irritamus, annullamus, & abolemus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuumus, ac pro revocatis, cassatis, irritis, nullis, invalidis, & abolitis, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuis semper haberi debere.

§. 4. Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. præfate Cardinales, etiam de latere Legatos, aliove quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros; Sublatâ eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Non obstantibus omnibus, & singulis illis, quæ memoratus Innocentius Prædecessor in suis litteris præfatis voluit non obstat, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut earundem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die prima Septembris 1693, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

J. F. Card. Albanus.

minos, & formam illorum omnibus aliis Cardinalibus concedi solitorum, & respectivè confirmatoria motus proprii Clementis IX. super extensione hujusmodi Indultorum ad favorem omnium Cardinalium.

INNOCENTIUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

UT judicium nostrum de vultu Dei prodeat, & oculi ejus videant æquitates, acceptionem personarum, quæ apud eundem Deum non est, nullis humilitatis nostræ suffragantibus meritis, sed quantum Nobis ab Alto concessum est, arcere impense studuimus, illamque etiam à quibusdam Indultis, quæ à Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris concessa accepimus, seu quæ in posterum concedentur, congrua moderatione eliminare desideramus; Nam cum unum corpus simus in Christo, singuli autem alter alterius membra, grave videri non debet, si qui in Ecclesia uni Domino famulantur, una eademque libertate congaudeant, & qui præsertim in eodem gradu sunt constituti, aliquando providis sanctionibus ad æqualitatem reducantur, ut sicut pari dignitate præfulgent, dispari nimis privilegio, seu indulto non distinguantur: Pondus enim, & pondus, mensura, & mensura, utrumque abominabile est apud Deum.

§. 1. Cum itaque præfati Prædecessores nostri S. R. E. Cardinalibus, qui pro ipsius Ecclesiæ statu salubriter dirigendo assidue laborare non cessant, facultatem de fructibus Ecclesiasticis, & de bonis exinde, seu aliis quæsitis disponendi, tam in ultima voluntate, quam aliis, & respectivè eorum hæredibus ab intestato in præmissis succedendi, sub quadam tamen moderata, & congrua forma de benignitate Sedis Apostolicæ concedere consueverint.

§. 2. Vice autem versa nonnulli ex iisdem Prædecessoribus hujusmodi moderationem, seu formam ampliantes, suis sive veris, sive adscitis Consanguineis, vel Affinibus, & forsan etiam nonnullis aliis S. R. E. Cardinalibus longè majora indulta, & cum amplioribus facultatibus, modis, circumstantiis, clausulis, cautelis, & derogationibus concesserint.

§. 3. Et propterea sicut aliis nostris Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo, decimo Kal. Julii expeditis litteris modum circa donationes, & reddituum Ecclesiasticorum distributionem in Consanguineos, vel Affines Romani Pontificis pro tempore existentis inviolabiliter servandum salubri moderatione præscripsimus, ita etiam hujusmodi Indultorum ampliationibus, seu differentiis, ut præfertur, inter ejusdem S. R. E. Cardinales, hac nostra speciali Constitutione occurrere, & opportune providere cupientes.

§. 4. Motu proprio, non ad cujusquam Nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, omnia, quæcumque, & singula Indulta testandi, seu aliis disponendi, & respectivè ab intestato succedendi, omnibus, & singulis Cardinalibus præfatorum Romanorum Pontificum Prædecessorum; qui illa concesserunt Consanguineis, vel Affinibus, seu illorum loco adscitis, vel adscitis, & forsan etiam nonnullis aliis quomodocumque, qualitercumque, & quodcumque, sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, modis, cautelis, circumstantiis, qualitatibus, & cum quibuscumque, etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, ac potestatis plenitudine paribus, & ex quacumque causa, etiam meritorum, seu

Exordium à laude æqualitatis privilegiorum inter æquales in Dignitate.

Narrat Pontifices Prædecessores consuevisse concedere Cardinalibus facultatem disponendi de fructibus Ecclesiasticis.

At verò aliquos ad favorem sanguine conjunctiorum hanc formam ampliasse.

Subnequit, quod uti in largitionibus ad favorem nepotum modum imposuit.

Ita intendit in his etiam Indultis effrenatas ampliaciones, & differentias moderari.

Clausula sublata cū decreto irritanti.

Fides Transumptorum.

Dat. 1. Sept. 1693. P. A. 3.

XLII.

Constitutio moderatoria Indultorum testandi S. R. E. Cardinalibus, Romani Pontificis Consanguineis, & forsan aliis etiam non Cardinalibus, nec Consanguineis in forma ampliori, & extraordinaria concessorum, & concedendorum, cum reductione hujusmodi Indultorum ad ter-

remune-